

cus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolas Padi. Alpes in longitudinē x. M. pas. patere à supero mari ad inferū, Calius tradit: Timagenes xxij. M. pas. deductis: in latitudinem autē Cornelius Nepos c. M. T. Linius tria M. Stadiorum: vterq; diuersis in locis. Nam & centum milia excedunt aliquando, vbi Germaniam ab Italia submouēt, nec lxx. M. explent, reliqua sui parte graciles, veluti naturæ prouidētia. Latitudo Italiae, subter radices earū à varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, Arksam, d. ccxly. milia passuum colligit.

De Alpiibus & gentibus alpinis. CAP. XX.

Incola alpiū multi populi, sed illustres à Pola ad Tergestis regionē Secusses, Subocriui, Atali, Menocaleni, iuxtaq; Carnos quondā Taurisci appellati, nunc Norici. His contermini Rheti & Vindelici, omnes in multas ciuitates diuisi. Rhetos Thuscorum prolem arbitratur, à Gallis pulsos duce Rheto. Verso deinde Italiam pectore alpium Latini iuris Euganeae gentes, quarum oppida xxxiiij. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini venalis cum agris suis populus: Dein Camuni, compluresq; similes, finitimis attributi municipijs. Lepontios & Salafos, Tauriscæ gentis idē Cato arbitratur. Cæteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione Græci noīs credūt, præstis intra sinus alpium niue membris: eiusdem & Graios fuisse positos in transitu. Graiarū alpium incolas, præstantesq; genere Euganeos, inde tracto nomine. Caput eorum Stonos. Rhetorū Venones, Sarunetesq; ortus Rheni amnis accolunt, Lepontiorū qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem alpium tractu. Sunt præterea Latio donati incole, vt Octodurenses, & finitimi Centrones, Cottianæ ciuitates, Caturiges, & ex Caturigibus orti Vagienni Ligures, & qui montani vocantur: Capillatorumq; plura genera ad cōfinium Ligustici maris. Non alienū videtur, hoc loco subiicere inscriptionem è tropheo alpium, quæ talis est: Imperatori Cæsari Diui Fil. Aug. Pontifici Maximo, Imp. xiiij. tribunitia potestatis S. P. Q. R. quod eius ductu auspicijsq; gentes alpinae omnes, quæ à mari supero ad inferum pertinebāt, sub imperium po. Rom. sunt redactæ. Cætes alpinae deuictæ, Triumpilini, Camuni, Venones, Venonetes, Hisarci, Breuni, Nannes, Focunates Vindelicorum gentes quatuor, Cōsuanetes, Virucinates, Licates, Catenates, Abisontes, Rugusci, Suanetes, Collucones, Brixentes, Lepontii, Viberi, Nantuates, Seduni, Veragri, Salasi, Acitanones, Medulli, Vceni, Caturiges, Brigiani, Sōtionij, Ebroduntii, Nemaloni. Edēnates, Esubiiani, Veamini: Gallicæ, Triulatti, Ectini, Vergunni, Egnituri, Nementuri, Oratelli, Verusi, Velanni, Suetri. Non sunt adiectæ Cottianæ ciuitates xii. quæ non fuerūt hostiles, sed item attributæ municipijs lege Pompeia. Hæc est Italia diis sacra, hæc gentes eius, hæc oppida populorū. Super hæc Italia, quæ L. Aemylio Paulo, C. Atilio, Regulo consulibus, nun-

ciato Gallico tumultu, sola sine externis vllis auxiliis, atq; etiam tunc sine transpadanis, equitum lxxx. M. peditum d. cc. M. armauit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere cōsulto patrum, Italiae parci iubentium.

Illyricum.

CAP. XXI.

Arsia gens Liburnorū iungitur, vsq; ad flumen Titium. Pars eius fuere Mentores, Hymani, Encheleæ, Dudini, & quos Callimachus Peucetias appellat: nunc totū vno nomine Illyricum vocatur generatim, populorū pauca effatu digna aut facilia noīa. Conuentum Scardonitanū petunt Iapides, & Liburnorum ciuitates xiiii. è quibus Lacinienses, Scultinos, Burnistas, Albonenses nominare nō pigeat. Ius Italicum habent eo conuentu Aluta, Flanates, à quibus sinus nominatur: Lopsi, Varubarini, immunesq; Asseriates, & ex insulis Fulminates, Curictæ. Cæterū per oram oppida à Nesactio, Aluona, Flauona, Tarsatica, Senia, Iospica, Ortopula, Vegium, Argyrum, Corninium, Enona ciuitas, Pausinus flumen, Tedanium quo finitur Iapidia. Insulae eius sinus cū oppidis præter supra significatas, Absyrtium, Arba, Tragurium, Issa, Pharos, Paros ante: Crexa, Gissa, Portunata. Rursus in continente colonia Iadera, quæ à Pola, clx. M. pas. abest: inde triginta M. Colentum insula, xviii. ostium Titii fluminis.

Liburnia.

CAP. XXII.

Liburniæ finis, & initium Dalmatiæ Scardona, in amne eo xii. M. pass. à mari. Dein Tariotarū antiqua regio, & castellū Tariona: promontoriū Diomedis, vel vt alij, peninsula Hyllis, circuitu c. M. pass. Traguriū ciuium Romanorum marmore notū: Sicum, in quē locum Diuus Claudius veteranos misit. Salona colonia, ab Iadera ccxxii. M. pass. petunt in eā iura descripti in decurias ccclxxii. Dalmatæ: xxii. Decurii: ccxix. Ditiones: lxx. Mezæi: lii. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnū, Mandetrū, Tribulū nobilitata Po. Ro. præliis castella. Petūt & ex insulis, Issæ, Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntia, Ratanium, Narona colonia tertii cōuentus, à Salona lxxii. M. pass. apposita cognominis sui fluuio, à mari xx. M. pass. M. Varro lxxxix. ciuitates eo vêtitasse auctor est. Nunc soli prope noscuntur Cerauni decuriis xxiiii. Daorizi xvii. Desitiates ciii. Docleates xxxiiii. Deretini xiiii. Deremistæ xxx. Dindari xxxiiii. Glimditiones xliii. Melcomani xxiiii. Naresii cii. Scirtari lxxii. Siculotæ 24. populatoresq; quodā Italiae Vardæi, nō amplius q̄ xx. decuriis. Præter hos temere tractum eum Oenei, Partheni, Hemasini, Arthitæ, Armistæ. A Narone amne c. M. pass. abest Epidaurū colonia. Oppida ciuiū Rom. Rhizinium, Ascruiū, Butua, Olchiniū, quod antea Colchinium dictū est, à Colchis cōditum: amnis Drilo, superq; eū oppidū ciuiū Romanorum Scodra, à mari xviii. M. pass. Præterea multorum Græciæ oppidorū deficiens memoria, necnon & ciuitatum validarū. Eo nanq; tractu fuere Labeates, Enderudini,